# Concupiscencia a
## cum fonte primo

Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, id est hoc fine et hoc animo attenderit ut eam concupiscat quod iam non est delectacione carnis sed plane consentire libidini, ita ut non refrenetur illicitus appetitus sed, si facultas fuerit, sacietur:

Sane considerandum est quod non dixit: Omnis qui concupiuerit mulierum, sed: qui uiderit mulierum ad concupiscendum, id est hoc fine et hoc animo adtenderit, ut eam concupiscat; quod iam non est titillari delectatione carnis sed plane consentire libidini, ita ut non refrenetur inlicitus appetitus sed, si facultas data fuerit, satietur.

Augustinus Hipponensis, *De sermone Domini in monte*, 1, 12, 33 (CCSL 35, A. Mutzenbecher ed., p.36, ll.775-780).

hic mechatus est.

Augustinus de sermone Domini libro I.

EGO AVTEM DICO VOBIS, QUIA OMNIS QUI VIDERIT MVLIEREM AD CONCVPISCENDUM EAM IAM MECHATUS EST EAM IN CORDE SVO (Mt. 5:28).

Augustinus Hipponensis, *De sermone Domini in monte*, 1, 12, 33 (CCSL 35, A. Mutzenbecher ed., pp.35-6, ll.768-770).